Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



spectu regis sunt g̃ inter eos de filiis
iuda daniel. ananyas. mysahel. aza
rias. et imposuit eis p̃positus eunuch
orum nomina. daniel baltasar. et ana
nye sidrach. misahel mysach. et aza
rie abdenago. Posuit aut daniel in
corde suo ne pollueretur de mensa
regis. neq; de uino potus eius. Et
rogauit eunuchorum p̃positum ne con
taminaretur. Dedit aut ds daniel
i gratiam et misericordiam in aspectu principis
eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum
ad danielem. Timeo ego dm meum
regem qui statuit uobis cibum et
potum. Cur si uiderit multis uestros
macilentiores pceris adolescentibus
coetaneis uestris. Condemnabitis caput me
um regi. Et dixit daniel ad malasar
quem constituerat princeps eunuchorum
super daniele. ananyam. misahel. et
azariam. Tempta nos obsecro ser
uos tuos diebus. x. et dentur nobis le
gumina ad uescendum. et aqua ad
bibendum. et deprehendat uultus nostros
et uultus puerorum qui uescuntur cibo re
gio. et sicut uideris. facies cum seruis
tuis. Cum audisset sermonem huiusce
temptauit eos diebus. x. Post dies aut
x. apparuerunt uultus eorum meliores
et corpulentiores. p omnibus pueris qui
uescebantur cibo regio. Porro ma
lassar tollebat cibaria eorum et potum
eorum. dabatq; eis legumina. Pueris
aut his dedit deus scientiam et disciplinam
in omni libro et sapiam daniel.
aut intelligentiam omni uisioni et
somniorum. Completis itaq; diebus
post quos dixerat rex ut introducerentur.
introduxit eos p̃positus eunu
chorum in aspectu nabuchodonosor. Cumq; lo
cutus eis fuisset. non fuit inuen
ti tales de uniuersis. ut daniel. ana
nyas. misahel. et azarias. Et steterunt
in aspectu regis. Omne uerbum sapie
ntie et intellectus q̃ scrutatus est abeis
rex. inuenit eos decuplum super cun
ctos arriolos et magos qui erant in
uniuerso regno eius. Fuit aut daniel
usq; ad annum primum cyri regis.

In anno secundo regni Capit. ii.
nabuchodonosor. uidit nabuchodonosor
somnium. et pauitus est spiritus eius.
et somnium eius fugit abeo. Pre
cepit g̃ rex ut uocarentur ar
iolos et magos et maleficos et chaldeos.
ut indicarent regi somnia
sua. Qui cum uenissent. steterunt coram rege. Et dixit ad eos
rex. Vidi somnium. et mente
obstupefactus ignoro quid uiderim.
Responderunt chaldei regi syriace.
Rex in sempiternum uiue. Die somnium
seruis tuis. et interpretationem eius
indicabimus. Et respondens rex ait
chaldeis. Iermo recessit a me si uis in
dicatis in somnium. et interpretationem
eius. ipsius uos et domus uestre pu
blicabuntur. Si aut somnium et
interpretationem eius narraueritis mihi.
premia et dona et honorem multum
accipietis a me. Somnium igitur
et interpretationem eius indicate mi.
Responderunt secundo atq; dixerunt. Rex somnium dicat seruis suis. et interpretationem
eius indicabimus. Respondit rex et ait.
Certe noui quia tempus redimitis. sci
entes q̃ recesserit a me sermo. Si g̃
somnium non indicaueritis mihi. vna
est de uobis sententia. q̃ temptationem
quoq; fallacem et deceptione plenam
composuistis. ut loquamini mihi donec
tempus p transeat. Somnium itaq;
mihi dicite. ut sciam interpretationem
quoq; eius iam loquimini. Respondentes